UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Jphigenia virgine. Cap[itulum]. ci.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

brarunt. Corpuſq; eius in montibus parthorũ honorifice condiderunt. Quod proceſſu temporis inde tranſlatũ apud ſalernũ digna veneratione quieſcit. zaroes autem ⁊ arphaſath ex ea die qua mattheus regis filium ſuſcitauit in perſidam fugerunt: ſed eos apoſtoli ſymõ ⁊ iudas ibidem vicerunt: vt dicetur infra in eorum paſſione. v. kal'. nouembris.

¶ De ſancta Iphigenia virgine. Cap. ci.

IPhigenia virgo filia fuit reg' egipti: ⁊ diſcipula beati matthei apoſtoli. Quã idem apoſtolus baptizauit: et xpi virginẽ ſacrovelamine cõſecrauit. Cum autẽ hyrtacus rex apoſtolum occidi mandaſſet: vt ſupra in ei' proxima paſſione actum eſt: iphigeniã virginẽ cepit de ſuo coniugio appellare: ⁊ per matronas miſſas: ac magorum preſtigia propulſare. Et cum eius animũ nullatenus immutare poſſet: totam domũ eius igne copioſo vallauit: vt eam cum ceteris virginibus concremaret. Apoſtolus autem cum angelo eidem apparens: omnem ignem ab eius domo excuſſit. Et erumpẽs flamma regis palatium inuaſit: ⁊ vix ſolo rege cum filio euadente: cũcta cõſumpſit. Statimq; filius regis a demonio arreptus patris crimina propalans: ad ſepulchrum apoſtoli properauit. Rex autem turpis leproſus effectus: cum curari non poſſet ſe manu ꝓpria interemit: populus autem euphronẽ ab apoſtolo baptizatũ: regem conſtituit: qui annis ſeptuaginta regnauit: et chriſti cultum ampliauit: totamq; ethiopiam eccleſijs repleuit. Iphigenia autem ducentarum et amplius virginum mater exiſtens in ſancto propoſito perſeuerans in pace quieuit. Cuius hyſtoria merito magiſtri ſui paſſione ſubĳcit: qꝛ dies dormitionis eius ignorat.

¶ De ſanctis Alexandro epo ⁊ herculano martyribus. Cap. cij.

ALexãder epiſcopus ⁊ martyr cum herculano martyre rome paſſus eſt ſub antonino imperatore. Qui dum clareret miraculis inter cetera luceium quedã gentilem mortuũ ſuſcitauit. Illeq; ſurgens parentibus enarrauit qualiter in carcere obſcuriſſimo poſitus erat: quidam vo iuuenis ſplendidiſſimus ad eum acceſſerat: dicens ꝙ alexander epiſcopus ipſum vocabat: vnde ſtatim ipſe ad corpus redierat. Quapropter tam ipſe luceius ꝙ parentes cum alĳs. cxxv. ad dominum conuerſi ſunt: et ab alexandro epiſcopo baptizati. Hoc audiens antoninus alexendrum per Cornelium preſidem fecit teneri: ⁊ vinctum romam adduci: quem creſcentius preſbyter ⁊ bonifacius: ac Vitalis diacones ſecuti ſunt. Et dum imperatori preſentatus chriſtum confiteretur primo fuſtibus cedit: deinde carceri mancipatur: datis ei quattuor dierum inducĳs ad reſipiſcendum. Cum autem preſbyter Creſcentius comes eius ipſum ſub arbore defleret: nũciatur ei ab angelo alexãdrum de carcere fuiſſe ſolutum: quod ille ita factum eſſe comperit. Et cum chriſtum iterum predicaret: et ſignis clareret. Iterum captus ⁊ imperatore antonino iubente in equuleo ſuſpenſus eſt: vngulisq; toto corpore laceratus: atq; lapidibus ad latera appoſitis aduſtus. Deinde ad tẽplum apollinis adductus eſt: vt ſacrificaret. Sed cũ pars templi eius oratione corruiſſet: beſtĳs exponitur: ſed intactus permanens in fornacem mittitur: moxq; diuina virtute ignis extinguitur: ⁊ herculanus miles hoc viſo ad chriſtum cõuertitur: ſtatimq; ambo ipi ab imperatore decollari iubẽtur. Cũ aũt alexãder ad martyriũ duceret quedam vidua ei petenti orariũ cõmodauit: qd ipſe ſe ei remiſſurũ ꝓmiſit. Quod audiẽtes milites vidue illudebant: ⁊ orarium amiſſum dicebant. Sanctus autẽ martyr via claudia vigeſimo ab vrbe miliario ductus eſt: qui orarioſoculos texit: ſicq; gladium cũ prefato herculano ſuſcepit: ⁊ continuo facto terremotu vicus et therme corruerunt. Orarium autem p angelũ vidue reſtitutũ eſt: qd ipa militibus redeũtib' oſtẽdit. Creſcẽtius aũt preſbyter ⁊ alĳ qui cũ fuerant ſecuti corpus ipſius ſepelierunt in loco: vbi ignẽ fornacis extinxit. xi. kal'. octobris. Sed poſtmodũ papa damaſus cryptam fabricauit: ⁊ ibidẽ ipſum depoſuit.

¶ De ſanctis mauritio ⁊ socĳs militibus martyribus. Cap. ciij.

MAuriti' dux ſacratiſſime legionis thebeorum cũ socĳs ſuis exuperio: candido: innocẽtio: victore: vitali: et cõſtantio ſignifero: ac reliquis eiuſdẽ legionis ſanctis militibus ſex milibus ſexcentis ⁊ ſexagintaſex paſſi ſunt ſub maximiano imperatore in galĳs ciuitate ſedunẽſi in loco qui dicitur auganum. Hi thebei dicti ſunt a ciuitate eorum: que thebea nũcupatur: que eſt in partibus oriẽtis vltra fines arabie. Cũ eñi diocletianus ⁊ maximianus imperatoribus fidẽ xpi cupiẽtes penit' extirpare: epiſtolas ad diuerſas mũdi partes direxiſſent: vt xpiani ſacrificare cogerẽtur: aut diuerſis penis perimerẽtur: pluresq; ciuitates in quibus iã xpiani dominabantur nũcios vacuos remiſiſſent. Imparatores

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN